

Quaestio theologica.

Numéro d'inventaire : 1979.06621

Auteur(s) : Jean-Baptiste Thiebault

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1774

Description : Une feuille aux bords dégradés et brunis. Le papier est taché à l'endroit des pliures. Une estampe de petite dimension dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 530 mm ; largeur : 420 mm

Notes : Affiche annonçant le sujet de théologie que soit discuter Jean Baptiste Thiébault, le mardi 23 août en Sorbonne, "pro minore ordinaria" (c'est-à-dire qu'il s'agit de la première des trois thèses à présenter pour la licence, la "mineure ordinaire", ainsi nommée parce qu'elle était soutenue pendant le temps de l'enseignement ordinaire). La question a pour sous-titre: "Quelles sont les sources du salut ?", et porte sur les sacrements. L'estampe représente Job, subissant les reproches de son épouse et de ses amis.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1
ill.



PATIENTIÆ EXEMPLUM.

QUESTIO THEOLOGICA.

Qui sunt fontes salvatoris?

SACRAMENTA, in statu innocentie nulla, legi naturae continend concessa, multa in veteri, in novâ septem, nec plura, vel apud S. Bern. illa infirma & egena, ne demptâ quidem Circumcisione in fœderis signum ex scriptoris praevisque S. Aug. Patribus instituta, nec alio sine probabilitate usurpata. Hæc nobiliora, à Christo dem. immediatè in sui & materiâ & formâ instituta, uberrimâ ex opere operato, ut aiant, gratiâ mentes dirantia; utrum physice, an moraliter, expendat cui dulce erit de vocibus disputare. procul à ministris ludicra Lutherianorum intentio, ni frustra velint operari. Internam, ut valgo dicitur, gerant, prociatentque ac fidem sedentur, postulat quidem Sacramenti dignitas. At in debitis agent circumstantiis, nec de sacramento quidquam erit, arbitror, quod timeas. Antiquitate sui nique quos ferunt fructibus suis super que commendandæ ceremonie: suam ergo piaculi foret ab illis ex industria temperare.

PRIMUM sacramentorum **BAPTISMUS**, efficaciam sui ac dignitatem quantum Joannis lavacro precepsit! figit charactere. Penæ juxta & culpæ reatum detergit, in ubi confertur, saltem sublato demum, si quis fuerit, obice peccati. Sine aquæ baptismi (modus quippe lotionis Ecclesiæ permixtus) nemini speranda salus, nisi vel martyri, vel cuiusque propriâ charitate baptisato. Forma eadem apud orientales ac latinos, expressam includat necesse est. non inficiantibus SS. Steph. & Ambr. Trinitatis invocationem. Baptizentur & ipsi infantes, non tamen infidelium principibus Christianis politice tantum subditerunt invititis parentibus. Baptismus ministrat ex officio Episcopus & presbyter, ex delegatione Diaconus, in necessitate quilibet, etiam infidelis & hæreticus. Erravit ergo, quod humanum est, S. Cypr. an uti dogma, vel tanquam discipline caput rebaptisationem temerit, utrum errorem ejaraverit, quis deinceps valeat? Obstitit S. Steph. avitæ fidei vindex. Haud plurimum absit quin fulmen vibraret, absit tamen. Difficile niodum ad luculentam uique perduxit illustrationem Syn. Arel. I. Aug. plenaria.

ALTERUM sacramentum **CONFIRMATIO**. Forma sola oratio. Materia sola manus impositio, non apud latinos duntaxat, sed & apud orientales à chrismatione secunda. Minime veniat Tert. Corn. Cypr. P. can. Optat. Conc. Const. I. Cyr. Hieros. Ambr. Aug. Cyr. Alex. Theod. primas. Minister ordinarius solus Episcopus. Nec obstant Tert. Pseudo Sylv. Hier. Chryl. Inn. I. Syn. Tolet. I. & IX. Arani. I. & c. Extraordinarius verò Presbyter, ita Hier. Chryl. Græcorum praxis, Conc. Flor. moque Ecclesiæ Romanæ. Nec dissident Nicol. I. Inn. III. IV. Clemens VIII. Greg. IX. vel apud hæreticos suo nobilitatur charactere Confirmatio. Haud pugnant Steph. I. Siric. Inn. I. Leo. I. Conc. Arel. I. & II. Const. I. Hispal. II. & Episc. Non Græcorum eucharistia, non anonymus Cypr. impugnator, cujus cæterum parvi penderetur suffragium.

SACROSANCTUM EUCHARISTIA. Sacramentum lunâ 14. mensis Nisan pridie mortis instituit Christus. Materiam assignavit panem Triniticum, azymum vel fermentatum, vinumque de vite, cui paululum aquæ miscet Ecclesiâ formam verba tantum *hoc est...* & c. *hic est...* & c. Nec obstant Græcorum Liturgiæ. Scilicet in sacramento sub sensibili quibuslibet cœterum parte etiam extra usum realiter præsentem exhibet. Glanunt verba promissionis & institutionis. loculat Apost. ab omni xvo tenuis Ecclesiæ. Temerant & ipsi Tert. Orig. Aug. Pseudo-Chryl. Theod. Egregie firmit veritatis amica præscriptio. Desinat ergo Calvinianus in orientalibus plagis calvinum errandus frustra perquirere. Cæset & Lutheranus transubstantiationi cōtricare. In proptiam quippe perniciem Pseudo Chryl. Theod. Gelas. Et Rup. nomina appellaret. Tela utriusque facilis obtundet quem magnanima juvenit hypo hefit.

HINC ille profecto nefarius qui debitos Eucharistiæ non perolverit honores. Nemo manducet quin prius adoraverit. Consecrationis minister sacerdos solus; nec officit Tert. dispensationis & Diaconus, accedant ad vitæ fontem aditus omnes; jubet Deus. Pueri licetum olim, at nunquam fuit necessarium: nec obstant Aug. nullo jure principia Latæ utriusque præcri sumptio; hinc merito abrogatus calicis usus. Eucharistiæ incommensurabiles sunt oportunitates, sed illa quæ maxime quod in hoc exhibeat sacrificium, mundum cum præcet ritulationem, quam adumbrat Melchisedech, Malachias præsentiarat, totum quidem reali Christi præsentis veritatem, quidquid essetiat P. le Courayer, recentiorum non nullorum perperam conficta: usragio. Omnis ejus essentia in soli habetur consecratione mysticam immolationem exhibente: præcepta tamen sacrificanti communi. Vivis prodest & defunctis. Privatim etiam celebratur, non tamen lingua vernaculâ. Missæ canon perantiquus, et oris expers, submissa voce recitanda.

PENITENTIA altera post naufragium tabula. verum atque à baptismo diversum sacramentum, quancunque peccata, non inficiantibus Theogn. Orig. & Athan. Juridicè remittit. Merita peccato mortificata restituit. Lethalia quæque suis coerceri vult legibus, venialia peroptat. Illa in sui remissione indivulsè sibi copulata, ista non item. Cæterum dimissa senel nunquam redeunt, non refragant S. Aug. Penitentia mater: res adhuc poenitentis. Forma absolutionis verba, sive deprecatoria sint, sive, ut apud nos, indicativa. Minister solus sacerdos, nec dissidet Cypr. necessaria tamen jurisdictione ordinaria, vel delegata. Hinc minime reprobanda casuum, ut aiant, reservatio.

JURE divino præcepta confessio. Eam non abrogavit Nodarius; non fustit Chryl. non Greg. Nyss. Grat. Conc. V. Cabillon. II. Quotannis parochio fiat, salvo tamen superiorum jure. Inviolatum servetur ipsius sigillum. Frustra omnino fieret abienti. Cont ino pericula, vel impericula. Illa semotis etiam gradibus extra sacramentum justitiam parit. Hæc semper bona, si accedat spei perfectus amor, proxima fiet dispositio gratiæ in sacramento suscipiendæ; ita Trid. Nec advertebat clerus Gall. deleta sacramenti virtute peccato superest luenda ut plurimum pena temporalis. Hinc satisfactionis necessitas, quam non idcirco absolutioni necessariò præmittendam judicaveris. Peccati reliquias abstergit **EXTREMÆ UNCTIONIS** Sacramentum: corpus interdum sublevar. Materia olei unctio, forma oratio, Minister sacerdos, subiectum fidelis graviter ægrotans.

ORDINIS Sacramento fegregantur à plebe ministri. ordinem non una species. Septem habent latini, septem & græci. Qui infra Diaconatum constituuntur, eos sacramentis noli annuenerare. Cæteris materia est sola manus impositio: forma oratio sacrificium soanæ; hinc nullæ anglorum ordinationes: subiectum vir baptizatus; procul ergo papali signmentum; procul qui diaconibus clericis exequant: minister solus Episcopus; vulgo quippe & vi ordinis episcopalem induebant charactere chorepiscopi. Valet à quocunque Episcopo ritè collatus ordo. Nec nocet agendi ratio Conc. Const. I. in maximum, Inn. I. in bonofiacos, Steph. III. in Constant. Steph. VI. & Conc. Rom. in Form. Nicol. I. Arel. II. & Conc. Const. IV. in Photium Conc. Sess. II. in Ebb. Leon. IX. Greg. VII. in simoniacos, Urb. II. in Nezel. nec tandem Joan. XII. in Leon. minime igitur audiendi Morin. & Thorndik. Episcopi Presbyteris jure divino præeminenti; ita & Hier. sapienter imposita sacris ordinibus lex celibatûs.

POSTREMUM Sacramentorum **MATRIMONIUM**, à Deo primitus institutum, sibi propriam aliundè laudem vindicat. At præstantior virginitas. Utrumque amico fœdere sociavit Despara utrum diveli queat contractus à Sacramento vel inter Christianos quid attinet disputare? Haud verò istud ex matrimonii per procuratores initis satis acutè concluderes. nec oblat factum anno de ærenioricâ. Matrimonii materia contractus: forma benedictionis verba: minister sacerdos: solemnitas, haud quaquam tamen ad sacramentum necessaria, prævia ban norum promulgatio. Nulla sunt jure Gallico à Principibus consanguineis contra abique regis consensu matrimonia. Item minorum reluctantibus parentibus olim & civili & canonico jure nulla: nunc sponte præsumitur in gallicis raptus seditionis; hinc hodieum nulla: nec oblat Trid. semper viguit Polygamia successiva, quamvis non omnis vel ubique licita, vel semper valida. Simulanea à patriarchis judæis concessa, postmodum à Christo revocata. Non ita sumum apud Judæos matrimonii vinculum, quin libello repudi solveretur: non ita in lege Evangelicâ, quin, si in infidelitate contractum, interdum solvi queat; ita Apost. Just. Ambr. Chryl. Aug. Theod. Ambrosius. Et utriusque Ecclesiæ praxis. Si inter Christianos, per solemnem religionis professionem, modo non consummatum: si consummatum, nequidem adulterio dissolvitur. Haud refragantur Tert. Orig. Laſtant. Basil. Chryl. Epiph. Ambr. Theod. fœt sunt principibus partes in impediendis dirimentibus: sed nec suis caret Ecclesiæ dispensatrix sacramentorum, que sunt fontes salvatoris.

Hæc Theſis, Deo duce, auspice Dei-parâ & Præſide S. M. N. JACOBO-HENRICO DURVILLE, sacra Facultatis Parisiensis Doctore Theologo, Sancti Hilarii Pastore Vigilantissimo, tueri conabatur JOANNES-BAPTISTA THIEBAULT, Presbyter Melchus, sacra Facultatis Parisiensis Baccalaureus Theologus, die Martis vigesima-tertia mensis Augusti, anno Domini 1774, à septimâ ad meridiem.

IN SORBONA.

PRO MINORE ORDINARIA.